

Chapter of the Order. Procuration given to Chevaliers Anianum de Mareul and Ludovicum de Voifins to seek confirmation of the election of Francoise d'Ambroise as Grandmaster from the Pope of Rome or the Patriarch of Jerusalem dated 1493.

- Transcribed in: Pièces Justificatives [doc. no. 23 bis] in Gautier de Sibert. Histoire des Ordres Royaux, Hospitaliers-Militaires de Notre-Dame du Mont Carmel et de Saint-Lazare de Jérusalem. Imprimerie Royale, Paris, 1772, p.ii-iii

ij

Pièces justificatives.

N.º 23 (*bis*).

PROCURATION donnée par le Chapitre de l'Ordre de Saint-Lazare , à deux Chevaliers , pour aller demander au Pape , ou au Patriarche de Jérusalem , la confirmation de l'élection de François d'Amboise.

UNIVERSIS PRESENTES LITTERAS seu præsens publicum instrumentum inspecturis, visuris pariter & audituris,

*Pièces justificatives.**liij*

Fratres Bertrandus Desruaux, miles, humilis preceptor Sancti-Thomæ de Fonteneyo - le - Conte, vicarius generalis totius ordinis & nobilis Militiæ Sancti - Lazari Hyerosolimitani citra & ultra mare, & preceptoriæ Domus conventualis de Boigniaco, Anianus de Mareul de Villareyo & de Balgenciaco, Guillelmus-Martin de Gratomontę, Ludovicus de Voifins de Montelyoti, Jacobus Panyot de Cursoneo, Joannes Desruaux de parvo Montereveli, Bernardus Marie & Nicolaus Hue, presbyteri religiosi eorundem ordinis & nobilis Militiæ Sancti - Lazari, ac totus ipsius domus, conventus & capitulum, salutem in Domino sempiternam. Cum, vacante magistratu totius ordinis & nobilis militiæ predictæ per obitum bonæ memoriæ Fratris Joannis le Cornu, militis, novissimi eorundem ordinis & nobilis militiæ Magistri generalis, & dictæ Domus seu preceptoriæ de Boigniaco preceptoris novissimi, evocatis & presentibus in termino assignato qui commode potuerunt interesse, servatisque solemnitatibus assuetis, nobilem ac religiosum virum Fratrem nostrum Franciscum de Ambasia, militem, dictorum ordinis & nobilis militiæ expresse professum, legitime constitutum, ex nobili genere ac de legitimo matrimonio procreatum, vita & moribus probatum, aliisque virtuosis meritis commendatum, providum & discretum, per viam compromissi in nostrum ac totius ordinis & nobilis militiæ prefatum generalem magistrum ac preceptorem dictæ Domus de Boigniaco eligendum, prout in nostræ electionis decreto plenius est expressum, elegerimus; notum facimus quod nos in nostro capitulo ad sonum campanæ more solito congregati & capitulantes, capitulumque nostrum tenentes & celebrantes in dicta cappella de Boigniaco, post dictam electionem fecimus, constituimus, creavimus & ordinavimus serieque presentium seu publici instrumenti facimus, constituimus, creamus & ordinamus procuratores prefatos Fratres nostros *Anianum de Mareul, Ludovicum de Voifins*, & eorum quemlibet in solidum,

liv

Pièces justificatives.

ita tamen quod non sit melior conditio primitus occupantis, nec deterior subsequens, sed quod unus eorum inceperit, id eorum alter prosequi valeat & finire; videlicet specialiter & expresse ad comparandum & se presentandum nomine nostro & pro nobis coram *beatissimo ac sanctissimo* Domino nostro Papa moderno, seu reverendissimo in Christo patre & Domino Domino Sanctæ Sedis Hyerosolimitanæ divina Providentia Patriarcha, seu quocumque alio super hoc ab ipsis aut eorum altero deputato, vel deputantibus, commissis vel committendis ad instrumentum ipsorum, vel alterum ipsorum cuius interest vel intererit, de meritis predictæ electionis & de toto negotio ejusdem agitato, necnon ad petendum & requirendum nomine quo supra ab eodem Domino nostro Papa, seu prefato reverendissimo patre, aut quocumque alio super hoc ab ipsis alterove eorum deputato, vel deputantibus, *confirmationem dictæ nostræ electionis de persona ipsius* Fratris Francisci de Ambasia, militis, relligiosi ejusdem ordinis ac totius militiæ expresse professi, canonice & via compromissi, ut prefertur, celebrate, litterasque nostras decreti hujusmodi electionis super hoc factas exhibendum & presentandum, cæteraque omnia & singula circa hæc necessaria seu etiam opportuna faciendum, gerendum & exercendum, litterasque confirmationis fieri & expediri postulandum, & etiam quæcumque ex iis dependentia prosequendum, necnon unum vel plures, semel aut pluries, loco & nomine eorum, procuratorem seu procuratores substituendum & ordinandum, qui tantam & talem, seu minorem habeant, seu habeat alter eorum potestatem, ac eum vel eos destituendum & revocandum, aliosque de novo creandum & constituendum, presenti tamen procuratorio nihilominus in suo robore duraturo & permanente; dantes & concedentes eisdem procuratoribus nostrum aut eorum cuilibet in solidum, ac substitutis vel substituendis ab ipsis aut eorum quolibet in solidum, plenariam potes-

*Pièces justificatives.**lv*

tatem ac speciale mandatum, præmissa agendi, gerendi, faciendi & exercendi, & generaliter omnia alia & singula circa hæc necessaria & opportuna, & quæ dictus constituens & nos facere possemus, si in præmissis presentes & personaliter interessemus, licet talia sint quæ mandatum exigant magis speciale; promittentes nos bona fide habere & perpetuo habituros ratum, gratum atque firmum totum id & quidquid per eosdem nostros procuratores, & ab eis substituendos vel substitutos, & eorum quemlibet in solidum actum fuerit in præmissis, quomodolibet sit gestum, & contra non venire aliququaliter in futurum, imo illa inviolabiliter observare sub nostrorum & dicti totius ordinis & conventus omnium & singulorum hypoteca & obligatione bonorum. In cujus rei testimonium litteras presentes seu publicum instrumentum, per notarios subscriptum publicos, signari & sigillo venerabilis Curiae Aurelianensis accomodato communiri fecimus & mandavimus. Datum & actum in dicto nostro capitulo de Boigniac, anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo tertio, indictione *undecima*, *mensis* vero *julii* die prima, Pontificatus in Christo patris & Domini nostri domini Alexandri, divina Providentia, Papæ sexti, anno primo, presentibus ibidem viris honestis Joanne Lemoyne & Geraldo Malescot, parrochianis dicti loci de Boigniac, testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

ET EGO JOANNES JOUSSELIN, in legibus Baccalareus, de Blesis, Carnotentis diocesis, oriundus, publicus Apostolica auctoritate ac venerabilis Curiae Episcopalis Aurelianensis Notarius, in eadem quoque Curia posteriorum contestium examinatus juratus, quia præmissis omnibus & singulis, dum, ut supra scribuntur, agerentur, dicerentur & fierent, una cum venerabili Notario subsignato & subscriptis interfui, eaque sic dici, vidi & audivi; ideo huic publico instrumento, manu alterius fideliter scripto, signum meum publicum solitum hic me manu propria subscribendum in fidem, *robur* ac

lvj

Pièces justificatives.

testimonium premissorum requisitus & rogatus apposui. *A costé est la figure des seing & paraphe dudit Notaire.*

ET EGO JOANNES LE DOYS, clericus, in legibus Baccalaureus, de Aurelianis oriundus publicus, auctoritatibus Apostolica ac venerabilis Curie Aurelianensis Notarius juratus, quia dictorum premissorum constitutioni, creationi, nominationi, potestatis dationi ac ratificationi, ceterisque præmissis omnibus & singulis, dum, sic ut supra scribuntur, per dictos Dominos constituentes dicerentur, agerentur pariter & fierent, una cum fidei & perito viro ac testibus superius nominatis præsens interfui, eaque sic fieri vidi & audivi; idcirco huic primario seu publico instrumento, manu alterius fideliter scripto, hic me manu propria subscribendum signum meum publicum & autenticum apposui assuetum, una cum sigillo Curie prædictæ Aurelianensis, & in fidem & testimonium premissorum, requisitus pariter & rogatus. *Scellé en cire rouge à queue pendante de parchemin; & à costé est la figure du seing & paraphe dudit Notaire.*

EXTRAIT prins, vidimé & collationné à son propre original en parchemin, par nous Notaires royaux au Baillage de Mâconnois, résidans en la ville de Cluny, soussignez, à nous exhibé, & à l'instant retiré par les sieurs Gardes des archives & trésor de l'abbaye dudit Cluny, aussi soussignez, pour valoir & servir ledit extrait à qui il appartiendra ce que de raison, dont acte. Fait audit Cluny, le vingt-septième avril avant midi, de l'année mil sept cent; & se sont lesdits sieurs Gardes soussignez avec nous lesdits Notaires. *Signé D. L. ROUHER, F. PHILIPPE JAISSET DUMONT, Substitut du Procureur fiscal; BRUYN & MARTIN, Notaires; avec paraphe. Contrôlé & scellé au bureau de Cluny, le 27 avril 1700. Signé PRATOR, Commis.*

CLAUDE BERTHAULD, seigneur de Labergiment-le-duc, Conseiller du Roi, Triournat esleu du tiers état du pays & comté du

*Pièces justificatives.**lvij*

du Mâconnois, Maire perpétuel de l'Hostel de ville & communauté de la ville de Cluny, Juge-mage civil & criminel de l'abbaye, ville, terres & juridictions dudit Cluny: Certifions à tous qu'il appartiendra, que lesdits Martin & Bruyn, qui ont vidimé & collationné l'extrait ci-dessus, sont Notaires royaux, résidans en cette ville, & que foy doit être adjoustée aux actes qu'ils délivrent en qualité de Notaires, comme estans personnes de probité, & que l'original, sur lequel le présent extrait a esté vidimé, a esté tiré en nostre présence d'une haulmoire intitulée des décimes, & d'un tiroir ou layette qui est dans ladite haulmoire, intitulée *miscellanea*, qui sont dans les archives & trésor de l'abbaye de Cluny; qu'au-dessus dudit tiltre est la cote 66, & qu'au bas d'icelui il n'y a aucun sceau d'attaché; & qu'au bas dudit original est le seing & caractère du Notaire qui les a inscript, de même manière qu'il est figuré & dessigné au bas dudit extrait: En foy de quoi nous avons signé le présent certificat, fait contre-signer par nostre Greffier, & à icelui fait apposer les sceaux de cette justice, dans lesquelles sont imprimées les armes de S. A. E. Monseigneur le Cardinal de Bouillon, Abbé & Seigneur dudit Cluny. Fait audit Cluny en nostre hostel, le 22.^{me} may de l'année 1700. *Signé BERTHAULD. Et plus bas: Par Ordonnance. Signé GOYET, Greffier: Et scellé en cire rouge.*